

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Proteus ofte Minne-beelden verandert in Sinne-beelden

Cats, Jacob

Rotterdam, 1627

Sic rerum invertitur ordo

urn:nbn:de:bsz:31-101049

SIC RERVM INVERTITVR ORDO.

INter plurimas diaboli fraudes ac astutias, non infimum locum ea obtinere mihi videtur, quâ verum lumen, id est, fiduciam piorum in Deum rigori legis, tanquam aqua immersam, extinguere satagit; & contra facem emortuam, id est, impiorum conscientiam igne, ex aquis petito, id est, præposterâ ac perversa fide, studet accendere. Sed de his emblemata. In multis alijs adeò magna est vicinitas, ac similitudo veri ac falsi, ut facillimè, vel naturali hominum corruptione, vel machinatione diaboli, alterum loco alterius obrudi nobis possit. Ex multis exemplis unum habe, sed quotidianum. Tamesi malum nihil aliud sit, quam defectus boni, persuadet tamen sibi unusquisque se viri boni nomen implevisse, si malum fortè vitaverit, id est, si nec sicarius, nec fur, nec scenerator, dici possit; cum sanè multo altius, ut bonus quis dici possit, enitendum sit: amandū quippe est, dandum est, adjuvandū est. Virtutem enim non defectum, sed opus esse, non in otio aut quiete, sed in ipsa actione consistere, nec satis esse malo abstinuisse, at bonū insuper faciendum esse, in Christi scholâ indies docemur. Securis, clamat baptista, arbori apposita est, qua fructus bonos, &c.

Onder andere listighe aenflaghen des duyvels, en is gheenins de minste, dat hy het ware licht der gheloovighe (welck is haer valt vertrouwen op Gode, in Christo Iesu) in de strengicheyt des wets, als in een doodelijck water, soeckt te verfinoren: ghelijck hy daeren reghen den dooden en uytgheblusten fackel, (dat is de afghebrande ghewisse der goddeloofen) met een vyer uyt het water ghenomen, dat is, met een verkeert en ayerechts gheloove, poocht te ontfleken. Doch hier van werdt int sinne-beeldt ghesproken. In veel andere saken is foodanighen grooten nabuericheyt des goedts ende quaets, des waerheydts ende der leughen, dat lichtelijck, ofte door den bedorven aert der menschen, ofte door de listicheyt des duyvels het eene voor het andere ons inde hant kan ghefeken werden. Van veel exempelen isser dit eene. Hoe wel het quaedt niet anders en is, als ghebreck of dervinghe van goet, nochtans laet een yeghelijck sich voorstaen, den naem van een goet man verdient te hebben, soo hy sich maer van het quaet en onthoudt; dat is, soo hy misschien gheen moordenaer, geen dief, gheen woekenaer bevonden en wert, daer nochtans, om een goet man te wesen, al vry vorder ghegaen moet zijn. Men moet niet alleenlijck nalaten de ghebreken voren vermelt, maer in plaerte van de selve lief hebben, geven, en helpen. Want de deucht gheen gebreck, maer een werck te zijn, niet in ledicheyt, maer in arbeyt ende werckinghe te bestaen, werdt ons inde schole Christi daghelijcx gheleert. De byle, roept Iohannes de dooper, is aen den boom gestelt, en die geen goede vruchten en draecht sal uytgheroeyt werden.

GREGOR. 14. MORAL.

Hostis noster quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius

expugnare contendit: Eos autem pulsare negligit, quos quieto inter se possidere sentit.

Ll

IAM